



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio LXXVIII. Num ergo panis & vinum fiunt Ipsum Corpus & Sanguis
Christi?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

QVÆSTIO LXXIX.

DOMINICA XXIX.

QVÆSTIO LXXVIII.

Num ergo panis & vinum fiunt Ipsum Corpus & Sanguis Christi?

† Nequam Verum nec

† sed

* ob signatur a.

* quam

RESP. † *Fiunt verissime ac realiter. Nam vt aqua Baptismi in sanguinem Christi non conuertitur, * & tamen per eam est ipsa peccatorum ablutio, † non solum tantum ac pignus earum rerum: quæ nobis in Baptismo * conferuntur: ita etiam panis Cænæ Dominicæ transubstantiatus est ipsū Corpus Christi, * sicuti etiam pro ratione sacramentorum, & vilitate Spiritui Sancto de his loquendi forma, panis vere Corpus Christi appellatur b, & est.*

a 1. Pet. 3. 21. b Gen. 17. 10. Exod. 12. 11. 12. Act. 22. 16.

b Gen. 17. 10. Hoc est pactum meum, quod obseruabitis. Exod. 12. 11. Sic Comeditis illum: Renes vestros, & c. est enim Phasæ, id est transitus Domini.

RESP. b Circumcisio, & Elus agniant signum solum significans futura: At Sacramentum est signum & significans gratiam præsentem, & eam in vsu realiter effectiue conferens. Non est inane elementum, vt istud sequens extra Actionem.

Act. 2. 16. Exurge, & baptizare, & Ablue peccata tua, inuocato Nomine ipsius:

Scil. Verbo & Elemento Ablus, non solo Spiritu, & Sanguine Crucifixi per fidem cum memoria commemorato.

Cur ergo Christus panem transubstantiatum appellat suum Corpus, calicem vero suum Sanguinem seu nouum † Testamentum per suum Sanguinem? Paulus item panem & vinum, communionem corporis & sanguinis Christi?

† fœdus

RESP. Christus non sine graui causa sic loquitur: videlicet non solum vt nos doceat, quemadmodum panis & vinum corporis vitam sustentant^a; sic etiam crucifixum suum Corpus, & effusum suum sanguinem sub speciebus, vere esse anime nostræ cibum ac potum, quo ad vitam æternam nutriatur^b: verum multo magis, vt hoc visibili * Sacramento ac pignore nobis certum faciat, nos non minus vere corporis & sanguinis sui, † vi Sacramenti, participes esse, quam * sacras istas species, in eius memoriam, ore corporis percipimus^c: tum etiam, quod eius passio & obedientia tam certo nostra † esse possit, quam si ipsimet pro nostris peccatis penas dedissemus, & Deo satisfacissemus^d.

* si gno

† per operationem Spiritus Sancti.

* sacra ista symbola

† sic.

a Psal. 104. 14. 15. b Ioh. 6. 55. 49. 51. c Inq. 71. d 1. Cor. 11. 26.

DOMINICA XXX.

QVÆSTIO LXXX.

Quid interest inter Cenam Domini & Missam Papsificam?

Ss 2

RESP.